



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 41. Ejusdem summi Pontificis oratio ad S. Purpuratorum Collegium hac super re.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

Domus Orator ad alloquium admitti Sæc. XVIII.  
 petit, quo obtento die vigesima prima A. C. 1742.  
 Februarii Benedicto XIV. Caroli Alberti  
 Electoris Bavari in Romanorum Impe-  
 ratorem electi ac coronati nuntium una-  
 cum præfatis literis detulit: sequenti  
 vero die sacrum Purpuratorum Colle-  
 gium, & demum die vigesima septima  
 ejusdem Mensis ceteros Præsules ac  
 Principes Romanos de hac electione  
 certiores reddidit.

## §. XLI.

*Benedicti XIV. Papæ oratio ad S.  
 Collegium hac super re.*

Quanto gaudio, ac animi solatio festi-  
 va hæc notitia paternum summi  
 Pontificis pectus compleverit, luculen-  
 ter inde patet, quod mox die vigesima  
 octava Februarii solemne, ut vocant,  
 Consistorium habuerit, totumque S. Col-  
 legium omnesque Cardinales tantæ læ-  
 titiæ participes facere voluerit. Eo  
 fine ad eos hanc habuit orationem:

**VENERABILES FRATRES!**

„Postquam Electorale Collegium jam  
 „a longo tempore Francofordiæ con-  
 „gregatum post diuturnum non minus  
 „ac turbulentum Interregnum tandem  
 „Carolum Albertum Bavarix Ducem,  
 „&

Sæc. XVIII. „& S. R. Imperii Electorem opitulanti  
A. C. 1742. „Divina gratia ac unanimi omnium

„suffragio in Imperatorem elegerunt  
 „pro antiquo more Vos huc conve-  
 „nire jussimus, ut hac de re Vo-  
 „bis notitiam communicare possent  
 „Hanc tot votis exoptatam electionem  
 „ipsemet noster in Christo dilectissimus  
 „Filius Carolus Albertus pro suo re-  
 „ac immota erga Nos, sanctamque  
 „Apostolicam Sedem veneratione  
 „bis notificavit, datis ad Nos literis  
 „quas nunc prælegi jubemus.“

Mox ergo Sacræ Cæsareæ sacre Ma-  
 jestatis literæ fuerunt recitatae, quibus  
 absolutis Pontifex ita prosequabatur.

„Percepistis jam, Venerabiles Fra-  
 „tres, quanta submissione ac pietate  
 „Imperator cælestes gratias in se effudit  
 „recognoscat, quantave veneratione sua  
 „de filiali sua obedientia, & constantia  
 „erga D. Petri Cathedram observantia  
 „persuados reddat. Non possumus Vo-  
 „bis sat verbis exprimere incredulæ  
 „lætitiæ, quæ ex prospero enata est  
 „successu, & quidem gravissimi huius  
 „negotii, quod sane haud mediocriter  
 „Nobis attulit sollicitudinem. Hic literis  
 „Carolus Albertus est, qui a teneris  
 „suis unguiculis ad omnia heroicarum  
 „virtutum exercitia a suis Majoribus

„pace & bello inclytis, ac scientiarum Sæc. XVIII.  
 „studio claris, ac quod caput est, sem- A. C. 1741.  
 „per de Ecclesia Dei optime meritis ef-  
 „formatus fuit. Hic, inquam, Carolus  
 „Albertus est, qui suorum Parentum  
 „præcipuas virtutes, præsertim vero  
 „Dei timorem, prudentiam, justitiam,  
 „sinceritatem & magnanimitatem pro  
 „norma semper habuit, ac propterea  
 „eos in omnibus æquavit, imo & supe-  
 „ravit. Hinc tuto confidimus, quod  
 „sicut Pater misericordiarum & Deus  
 „totius consolationis per Divinam suam  
 „bonitatem hunc Principem Imperio  
 „dedit supremum Caput, & Ecclesiæ  
 „suz Catholicæ Patronum & Defenso-  
 „rem, ita & neo electus hic Imperator  
 „suam dignitatem viresque ad defen-  
 „dendam, ac propugnandam fidem Ca-  
 „tholicam impensurus, illamque glo-  
 „riam, quam Bavarica Domus ob ve-  
 „ræ Religionis studium sibi omni tem-  
 „pore acquisierat, aucturus sit. De  
 „hac defensione nullum nobis est du-  
 „bium, imo etsi aliunde tot luculenta  
 „illius non haberemus testimonia, jam  
 „tamen abunde convinceremur propria  
 „Caroli Alberti epistola mox prælecta,  
 „in qua se omnia erga sacram Sedem  
 „officia, ad quæ ejus Prædecessores suo  
 „exemplo laudabilissime præluxerunt  
 „se exactissime adimpleturum, sacro-  
 „*Hist. Eccles. Tom. LXXVII. L I fan-*

Sæc. XVIII.

A. C. 1742

„sanctæ pollicitus est. Insuper, Fratres  
„Chariffimi, vobis notum facere debe-  
„mus, quod Nobiles Caroli Alberti Le-  
„gati in omnibus habitis colloquiis  
„id strenue incubuerint, ne vel in ni-  
„mimo quicquam Sedis Apostolicæ  
„gnitati auctoritatique vel Romanæ Ec-  
„clesiæ juribus derogaretur, quin  
„tius ut eadem ad veræ Religionis  
„crementum in illibato suo flore con-  
„varentur, adeo, ut etiam quartus  
„vicensis pacis articulus nullo pacto  
„mutatus fuerit: longe majoris rei  
„nosiræ lætitiæ argumentum est, quod  
„ra decisio controversiæ ob successores  
„in utrumque Ducatum Juliensem &  
„Montanum jam dudum agitata. Et  
„enim res Nos nostrosque Prædecessores  
„res eo vel maxime ex capite amari-  
„sollicitosque tenuit, eoquod harum  
„tionum possessio post Nobilis Caroli  
„Neoburgensis Ducis, Rheni Comitis  
„ac S. R. Imperii Electoris obitum  
„Marchionem Brandenburgicum  
„tholicum Principem devolvenda esse  
„nunc vero hæc lis per mutuum pactum  
„inter Neoburgensem Ducem, & Mar-  
„chionem Brandenburgicum initum  
„composita est, ut decedente Electore  
„Palatino hi Ducatus unacum supra-  
„jurisdictione ad dilectissimum in Christo  
„sto Filium nostrum, Nobilem Carolum

„Philippum Palatinum Rheni Comi- Sæc. XVIII.  
 „tem, Sulzbacensem Ducem & charis- A. C. 1742.  
 „simam in Christo Filiam nostram Ma-  
 „riam Elisabetham Augustam Palati-  
 „nam Rheni Comitissam ejus Conjugem  
 „Neoburgici Ducis Neptin, eorumque  
 „utriusque sexus hæredes devolveren-  
 „tur. Ea de caussa non cessamus Om-  
 „nipotenti Deo gratias rependere pro  
 „hujus electione tanquam pro speciali  
 „gratia: pariter potens ejus implore-  
 „mus auxilium, ut bellorum flammæ  
 „extinguantur, & Deus mala inde ori-  
 „tura clementer avertat. Invocemus  
 „etiam Superos, ut neo-electum impe-  
 „peratorem adjuvet, quatenus felix  
 „faustumque regimen suum ad Dei glo-  
 „riam, veræ fidei defensionem & pro-  
 „pagationem, & perpetuam populorum  
 „tranquillitatem in benedictione auspi-  
 „cari valeat. Eapropter ad imitatio-  
 „nem Romanorum Pontificum Præde-  
 „cessorum nostrorum præcipimus, ut  
 „solemne Sacrum crastina die in nostro  
 „facello peragatur, cui Vos omnes no-  
 „biscum intersitis & pro felici hoc suc-  
 „cessu benignissimo Numini utpote bo-  
 „norum omnium Largitori gratitudinis  
 „vestræ pensum exsolvatis.“ Absoluto  
 „hoc Patrum conventu Pontifex pro mo-  
 „re Cursoribus negotium dedit, ut om-  
 „nibus Purpuratis significarent, præsti-  
 „tuta

Sæc. XVIII.  
A. C. 1742

tuta die præter solemne sacrum etiam  
in gratiarum actionem Hymnum An-  
brobianum esse decantandum, & per  
tegrum biduum festivos ignes, alla-  
publicæ lætitiæ signa per Urbem  
edenda, quibus die prima Martii  
arce S. Angeli omnium tormento-  
fragoribus datum erat initium. An-  
catissimum hunc diem excepit nox  
stris; omnes enim Urbis ædes, curiæ  
que Principum ac Legatorum palatium  
excepto illo Reginæ Hungariæ, sal-  
bus, pictisque laternis collucebant, &  
sposisque per fenestras lampadibus  
cundum objiciebant spectaculum, tum  
cælo pariter ad lætitiæ augmentum  
re stellato.

§. XLII.

*Ejusdem summi Pontificis literæ  
Carolus Albertum Impera-  
torem.*

Eodem tempore Benedictus XIV. Pon-  
tifex Carolo Alberto Imperatori  
viam dignitatem gratulaturus, literas  
ad eum dedit, quas Georgius Princeps  
Doria seu ab Auria Calcedonensis Episcopus,  
atque Apostolicus Papæ Nuntius  
tius ad Francofordiensi Comitatu  
gatus Eidem porrigere jussus erat. His  
rum summam huc referre, haud abs-  
que